

In hac autem segregatione, et dismembratione septimæ partis stabilium, et prædiorum ecclesiasticorum eidem Carolo Rege ob publicæ necessitatis causas superius expositas, permissa volumus quod comprehensa quoque intelligantur bona stabilia patrimonialia spectantia ad Ordinem Sancti Iohannis in Hierusalem, atque ad alios Militares Ordines quoscumque; prout è converso volumus, et declaramus quod comprehendendi minime debeant prædia destinata in patrimonium, ac pro congrua Ecclesiarum Parochialium, quæ dumtaxat à supradicta dismembratione excepta et præservata in perpetuum remaneant.

Ut autem expeditius, ac pro urgenti necessitate peragi valeat tum liquidatio integri redditus prædiorum ad quaslibet personas, Communitates, et Fundationes ecclesiasticas spectantium, quam segregatio fundorum septimam ejusdem integri redditus prædialis partem constituentium, mandamus quod hujusmodi liquidationis, et separationis opus unitim perficiatur à singulis possessoribus, seu legitimis Administrato-ribus ecclesiasticis, unitim cum uno vel pluribus Procuratoribus, quibus sua ex

Y en esta segregacion y dismembracion de la séptima parte de bienes estables y predios ecclesiásticos, permitida al mismo Rey Cárlos por las causas de pública necesidad arriba expuestas, es nuestra voluntad que se entiendan tambien comprehendidos los bienes estables patrimoniales pertenecientes á la Orden de San Juan de Jerusalem, y á cualesquiera otras Ordenes Militares; segun que por el contrario es nuestra voluntad y declaramos que no deban de ningun modo comprehenderse los predios destinados en patrimonio y por congrua de las Iglesias Parroquiales, los quales solo queden perpetuamente exceptuados y preservados de la mencionada dismembracion.

Y á fin de que pueda verificarse mas fácilmente y conforme á la urgente necesidad, así la liquidacion del total rédito de los predios pertenecientes á cualesquiera personas, Comunidades y Fundaciones ecclesiásticas, como la segregacion de los fondos que compongan la séptima parte del mismo rédito predial, mandamos que la operacion de esta liquidacion y separacion se haga por los respectivos poseedores ó legítimos Administradores ecclesiásticos, juntamente con uno ó mas Procuradores á quienes por su parte tenga á bien dar